

serpentem inesse traditur, eiusdem respondet conceptioni, quae totius vitae veluti radix est, et principium. Ex quo facile colligimus, ipsam, quae delecta erat ad gignendum eum qui daemorum venena curaturus advenerat, omnis veneni singulari Dei privilegio in conceptione expertem fuisse. Nec illud significatione vacat, raderem hanc lili ex vino, ut dicebat Plinius, venenatis morsibus auxiliari: vinum enim in sacris litteris plerumque Christi sanguinem significat, in torculari crucis ex corpore Christi, qui est vitis vera, expressum: in quo omnis sanctorum intercessio nititur. Nam ex sacro Concilio Tridentino (sess. 25. cap. de sanctorum invocatione), ad sanctorum orationes opemque confugimus, ob beneficia impetranda a Deo per filium eius Iesum Christum Dominum nostrum, qui solus noster Redemptor, et Salvator est; quem, inquit Apostolus (ad Rom. 5). *Proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius*. Quarto, (1. Machab. 4) legimus Iudam Machabaeum cum aliis, altari holocaustorum, quae contaminantur fuerat a gentibus, ne forte esset illis in opprobrium uti noluisse, sed accepturam lapides integros, et aedificaverunt altare novum secundum illud, quod fuit prius; quanto ergo magis credendum est, Dei Filium noluisse in matrem accipere eam, quae per peccatum fuisset contaminata, ne in eius opprobrium cederet: nam, ut ait S. Thomas (3. par. qu. 27. art. 4), sicut gloria filiorum, patres eorum (Prover. 17), ita per opprobrium ignominia matris ad filium redundaret.

Tertia thronorum angelicorum ad materiales sedes, ut loquitur S. Thomas, convenientia in eo posita est, teste Dionysio (cap. 7. coelest. hierar.), et S. Thomas (1. par. q. 108. art. 5. ad 6. et art. 6), quia sedes suscipit sedentem, qui in ea defertur potest, nihilque sedenti vicinior est sua sede. Est autem adeo proprium throni suscipere sedentem in se, ut sanctus Thomas (1. part. quaest. 109. artic. 1. ad 3), investigans rationem, quare, cum daemones de singulari ordinibus angelorum, etiam thronorum, ceciderint, nunquam tamen illis post eam thronorum nomen, sicuti seraphim, vel dominationum tribuatur, sed aliorum aliquorum tantum ordinum. Nam lucifer (Ezech. cap. 28) dicitur cherubin, quod a scientia deducitur, et (ad Ephes. ult.) daemones dicuntur principes, et potestates, quae nomina a principatu et potentia derivantur. Sanctus Thomas, inquam, ad hoc respondet: *Quantum in nominibus seraphim, thronorum, et dominationum importatur ea, quae opponuntur peccato: nomen enim seraphim ab ardore charitatis, thronorum vero ab inhabitatione importatur, nomen autem dominationum quandam libertatem importat; ideo angelis peccantibus huiusmodi nomina non tribuuntur. Quam autem egregie in beatam Virginem conveniat inter regium thronum Deum familiariter excipere, illud satis aperte indicat, quod praeterquam quod ab instanti suae immaculatae conceptionis Deum per gratiam in anima sua exceperit, postea viro suo per novem menses eundem carne indutum continuit, iuxta illud (Ecc. 24) qui creavit me, requievit in tabernaculo meo: ad quam duplicem Dei inhabitationem*

*spiritualem, et corporalem respiciens divus Augustinus serm. 4. de natiuitate, eleganter docet, Deum magis esse cum Virgine sanctissima, quam cum angelis. Dixit, inquit, angelus Mariae, Dominus tecum, pliusquam mecum, ita est Dominus tecum, ut sit in corde tuo, sit in utero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuam: procedat formosus de utero tuo, tanquam sponsus de thalamo suo, procedat princeps ex aula regali, ita ut virginitatem tuam non faciat violari. Non solum autem Virgo Deum exceperit, sed et portavit excellentius, quam omnes iusti, quibus Apostolus dixit (1. Corinth. 6): *Glorificate, et portate Deum in corpore vestro*, sed et illo speciali, cuius meminit inelyta hodierni Evangelii mulier cum dixit: *Beatus venter, qui te portavit*: ad quod alludens D. Gregorius Taunanturgus (orat. de Annunc. Deip.) dixit: *Sola ferens eum, qui verbo portat omnia; et Methodius (in orat. in hypop.): Tu cuncta continentis et comprehendentis comprehensio, tu illius gestatrix, qui verbo suo portat universa. Propterea (cap. 5) figuratur per serculum illud Salomonis magnificentissimum, in quo cum magna maiestate Salomon deferebatur, de quo (Cant. 3): *Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media claritate constravit propter filias Ierusalem*. Ad hoc serculum respiciens Gregorius Nicomediensis (orat. de praesent. Virg.), vocat illam thronum gloriosum, et regium vehiculum, quo vectum Verbum cum carne advenit. Cui simile est illud Andreae Cretenensis (orat. 2. de dorm.), ubi alludens ad illud (Psal. 67): *Curru Dei decem millibus multiplicat*, ad Virginem ait: *Tu es ille decies mille millibus multiplicatus Dei currus, quae millia millium locupletum adduxisti ad eum in carne lectum*. Ac tandem d. Bernardus (serm. 7. in Psal. qui habitat) sic de Virg. loquitur: *Magnus ille Ignatus, discipuli, quem diligebat Iesus, auditor, in pluribus quas ad eum conscripsit, epistolis, Christiferam consalutat; egregius plane titulus dignitatis, et commendatio honoris immensi, nempe cui servire regnare est, gestare hunc non onerare est, sed ornari; ita d. Bern.***

Ad extremum quarta throni cum sede materiali convenientia est, apterum, et capace esse ad excipiendum sedentem. Hoc plane in Deipara Virgine fulgentissimum Dei throno perfecte reperiri, nemo catholicus inficiabitur, cum eius anima, et corpus, ut dignum filii Dei habitaculum efficeret. Spiritu sancto cooperante, ut canit Ecclesia catholica, fuerit divinis charismatibus mirabiliter praeparatum. Unde divus Damascenus (orat. 1. de dormit.) inquit: *Is qui coelum et terram implet, cuius coelum thronus, et terra scabellum pedum est, et ancillae suae ventrem latissimum domitium fecit. Chryssippus presbyter Hierosolymitanus (hom. de b. Virg.): Arca, inquit, pretiosissima est Virgo Deipara, quae exceperit totius sanctificationis thesaurum: Arca, non ea, in qua erant omnia animalium genera, quemadmodum in arca Noe, quae fluctuantis universi mundi effugebant naufragium: et infra:*

HOMILIA XVI.

Variae rationes apponuntur, ob quas omnino deest Christum Dominum non alio lacte in eius infantia nutrire, quam eo, quod ubera beatae Virginis matris suae ei propinabant, in illa verba: Beata ubera, quae susxisti.

Si rem altius contemplerur, eadem prorsus rationes, quae ostendunt, propterea beata, ac felicissima fuisse Deiparae ubera, quia Christum Dominum lactaverunt, etiam comprobant, deesse Christum Dominum non aliud lac, quam ex b. Mariae uberibus susxisse. Inter has rationes illa primum locum tenet, quod oportebat antiqua huius mysteria, valentia, et figurata compleri; nam Sibylla Tiburtina eceinit,

*O nimium felix coelo dignissima mater,
Quae tantam sacro lactasti ab ubere prolem.*

Cui consonat illud Salomonis propheticum eloquium: *Quis mihi det te fratrem sugentem ubera matris? (Cantic. 8)* quod perinde fuit, ac si diceret: quis mihi concedat, ut videam te foris, hoc est, carne indutum, non intus solum in sinu Patris, sed in gremio matris sugentem ubera matris tuae, et meae? Virgo enim omnium mater est. Idipsum in Moysae praefiguratum cerno: nam, ut legitur (Exod. 2), cum noluisset a muliere Aegyptiaca lactari, quae sila fuit mulier Hebraea, mater scilicet eius propria, quae illum lactavit. Illud etiam (Iudic. 5) ad beatam Mariam convertio: *In phiala principum propinacit butyrum*: phiala enim est manna Deiparae, propinans lactis pinguedinem principi nostro Christo, non ad soporem, et necem, ut label Sisarae propinavit, sed ad nutriendam, et conservandam vitam. Quod si (Exod. 3) promisit Deus terram lacte et melle manantem; sane ubera b. Virginis Christo Domino fuerunt terra, lacte, et melle manans. Unde b. Petrus Damianus (hom. 2. de nat. b. Virg.): *Terra repositionis est dicta, quae longe ante parturam Salvatorem mundi a Prophetis multifariam est promissa, quae vere lac et mel manavit, dum Deum, et hominem intemerata virginitate profudit*. Ac tandem quia Isaias praedixerat (cap. 15): *Delectabitur infans ab ubere*: quae verba, inquam communiem Patrum sententiam, intelliguntur de Christo infante, de quo praedixit, infantem eius gustum magnam delectationem habiturum sugendo ubera matris suae. Existimo namque nullius matris lac tanta suavitate, ac dulcedine plenum fuisse, ut Deiparae Virginis lac: nam illud fuerat a Spiritu sancto deputatum. Unde noster Bernardinus Buxen. (ser. 5. de par. b. Maria p. 2. in fine) dixit: *b. Virginis lac habuit saporositatem, quam traxit a Spiritu sancti deputatione, nunquam enim aliqua mulier habuit lac tam saporosum, sicut ipsa: et huius ratio est, quia lac aliarum materum habet multum impuritatibus, et ideo non potest esse magni saporis; lac autem*

Sed arca, cuius architectus, et incola, gubernator, meritor, comes viae, et duax erat opifex omnium creaturarum, quas in se universas portat, sed a cunctis ipse non comprehenditur; haec Chryssippus.

Ac tandem d. Bonaventura (in spec. b. Virg. cap. 5) agens circa illud, *Gratia plena*, inquit: *Consideremus gratiae Mariae veritatem, immensitatem, multiplicatam, et utilitatem, et horum singula d. Bonav. late prosequitur: sed quod facit ad nostrum propositum de immensitate gratiae Virginis: Immensa, inquit, fuit gratia, quae ipsa fuit plena: immensum enim vas non potest esse plenum, nisi immensum sit illud, quo est plenum; Maria autem vas immensissimum fuit, ex quo illam, qui in coelo maior est, continere potuit. Quis est coelo maior? certe ille, de quo Salomon ait: Si coelum, et coeli coelum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificavi: non utique domus per Salomonem aedificata, sed domus per illam signifiata. Deum capere potuit. Tu ergo immensissima Maria capax es coelo, quia quem coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Tu capax es mundo, quia quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Si ergo Maria tam capacissima fuit ventre, quanto magis mente? et si capacitas tam immensa fuit gratia plena, oportuit utique, quod gratia illa, quae tantam implevisse potuit capaciatem, esset immensa. Quis immensitatem Mariae potest mensurare? Ecce, quod dicitur in Ecclesiastico capite primo: *Altitudinem coeli, latitudinem terrae, et profundum abyssi quis dimensus est? Coelum est Maria, tum quia coelesti puritate, coelesti claritate, coelestibus aliis virtutibus abundavit, tum quia sedes Dei altissimi fuit, teste propheta, qui dicit, Dominus in coelo paravit sedem suam. Terra quoque Maria fuit, quae fructum illum nobis protulit, de quo idem propheta ait: Terra dedit fructum suum. Abyssus etiam est Maria in bonitate, et in misericordia profundissima, unde etiam profundissimum misericordiam filii sui pro nobis interpellat, quasi abyssus abyssum invocet. Coelum ergo est Maria. Terra est Maria, abyssus est Maria, quis huius coeli altitudinem, quis huius abyssi profunditatem, quis inquam, Mariae immensitatem dimensus est, nisi ille solus qui ipsam non solum in gratia, et in gloria, sed etiam in misericordia, tam altissimum, tam latissimum, tam profundum operatus est? hucusque sanctus Bonaventura. Ex quibus omnibus satis nique constat excellentius, quam in ipsis etiam angelicis thronis illa quatuor supra adducta Dei parenti convenire; qui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.**

b. *Virginis sic fuit a Spiritu sancto depuratum, quod factum est dulcissimum, et nimium saporosum. Dulcedinem huius lactis considerans d. Aug. (ser. de annun.) in hunc modum b. Virgini dulciter alloquitur: Lacta Maria Creatorem tuum, panem coeli, pretium mundi, praebent mammillam, ut ille pro te percipienti praebet mazillam. Lacta eum, qui fecit te talem, ut ipse feret in te; haec ille. Lactavit certe, alioquin non dixisset (Cantic. 1): Inter ubera mea commorabitur; nec ipsi filio suo dicendo, lac uberum suorum propinataram polliceretur: Dabo tibi ubera mea (Cantic. 7): ubi obiter observo, minime beatae Virgini, Filio suo blandiendo contigisse, quod Ecclesiastes minatur parentibus (c. 30): Lacta filium, et parentem te faciet, tude cum eo, et contrabit te: etenim b. Virgo, dum Christo infantulo, sinu suo illum fovens, blandiebatur, ac virgineum lac in os eius effundebat, mirum in modum animus eius recreabatur, summis sibi delicias merito arbitrans, aeterni Patris filium coelesti illo lactis neclare cibare, et potare.*

Deinde secundo, cum Christus Dominus conceptus, et natus fuisset ex sanguine virgineo, nutriri etiam debebat virgineo matris suae lacte; nullum autem unquam lac, nisi Deiparae virgineum fuit, cum nulli unquam foeminae natura lac providerit, quae prius virginitatis suae lactura illud non emerit: at cum Christus Dominus etiam genitus fuisset coelesti Spiritus sancti spiramine, beatissima Virgine materiam supponente oportebat consequenter non aliter nutriri, quam ubero de coelo pleno, eadem Virgine materiam summo optici subministrante, quam constat fuisse sanguinem; nam, ut philosophi docent, lac nihil aliud est, quam sanguis coeque, lac non corruptus, albore in destinatis, et frigidioribus genitricis partibus assumens; atque hinc est, quod cum Spiritus s. beata Virgine cooperante, coeleste illud lactis neclar, ac divinum ambrosiam confecisset, cerle parienti Virgini colostrum, cuius meminit Martialis: *De primo matrum lacte colostrum damus*, sicut reliquis foeminis parturientibus non accidit: nam cum colostrum nihil aliud sit, quam superflua quaedam spongiosa densitas lactis; Deiparae autem Virginis lac, utpote ab Spiritu sancto mirabiliter confectum, omni superflua densitate caruit. Scio quosdam doctores, cum Tertul. (*lib. de carne Christi, c. 20*) existimasse, naturale fuisse lac beatissimae virginis, quia naturale est foeminis parientibus lac habere, eo quod naturaliter gignitur ex sanguine ad ubera conflente, et per caloris coctionem ad candorem deducto; verum alii Patres, quibus maiorem fidem facio, putant, per miraculum in ubera sanctissimae Virginis lac fuisse evocatum: etenim divus Athanasius (*in serm. descrip. Virg. et Ios.*) haec scripsit: *Ubera beatae Virginis naturae consuetudinem non habuerunt, longaque a naturali consuetudine, ac lege fuerunt aliena: lac vero peregrino modo fluxit; et d. Vincent. (serm. de nativ. Christi) ait: Beatae Virgineum lacte carentem, pro lacte Deum deprecantem, subitoque fuisse eius ubera lacte plena: quibus omnibus favent verba Ecclesiae catholicae in Festo circumcisio-*

nis Domini dicentis: *Ipsum regem angelorum Virgo lactabat ubere de coelo pleno, quae plane non a natura, sed praecipue ex Dei miraculo, lac illud fluxisse aperte indicant.*

Tertia ratio sit, quia b. Virgo, tam legis supernaturalis, quam naturalis observantissima custos, naturae iura violare nolit. Docet autem natura, ipsis matribus lactandam, atque alendam suam prolem: haec enim ratione omni parienti lactis alimentum suppeditat: et quia sapientissima est auctoris naturae providentia, bina foeminis ubera dedit, ut etiam si gemellos edidisset, uterque haberet diversam alimentum sui fontem. Quare divus Gregorius ad undecimum interrogationem divi Augustini Cantuariensis archiepiscopi (*cap. 10*) matrum incontinentiae tribuit, quod proprios filios lactare respuant: verba eius sunt haec: *Dum enim se continere nolunt, ad despicunt lactare, quod gignunt.* Atque ob eandem causam d. Ambrosius monet matres, ut Saram aemulantes filios suos aliis foeminis lactandos minime committant, sed illos proprio nutriant lacte. Unde Phavorinus philosophus apud Aulum Gellium (*lib. 12. cap. 1*) eruditè dixit: *Quid indignum, quam infantem statim a matre relinquit, quem in utero nutrit? quis hoc in feris, quantumvis immansuetis, observare potuit? quanta cura leonae, tigrides, et lupae suos foetus nutriunt? quanta apri? Mihi non dubium, quin matres, quae, urgenti necessitate cessante, filios proprio lacte nutrire renuunt, crudeliores sint lamis ferocissimis, et struthionibus in deserto quam simillimae: et in quas aple convertent Hieremiae lamentatio (Thren. 4): Sed et lamiae nudaverunt mammam, lactaverunt calulos suos, filiae populi mei crudeliter quasi struthio in deserto, cuius ferinam conditionem explians lober (*cap. 39*) dixit: Struthio duratur ad filios suos, quasi non sint sui. Virgo igitur sanctissima naturae legibus se coaptans, quae propriae prolis nutritionem suadet, ceteris matribus ad idem faciendum exemplum praebet: frequenter enim, quae ad generationem ventrem exhibuerunt, ubera ad educationem porrigere recusant: nam, ut ipsae liberius voluptati genioque indulgere valeant, per conductitias nutrices filios suos alunt. Velle igitur, ut multae matres facere solent, lac de uberum fonte artificiose excicare, cum ipsa natura lac providente pugnat, cum tamen nobilibus foeminis, etiam reginis proprios filios lactare dedecus non sit, imo decus, ut recte probant Plato (*lib. de liber. educand.*), et Macrobius (*lib. 5. Saturn. cap. 11*).*

Quarta ratio, quia cum beata Virgo fuisset perfectissima, et integerrima mater, opus erat, ut reipsa filium suum lactaret, nec alii nutriendum daret: nam quae parit filium, et non nutrit, dimidiata, non integra mater censenda est, ut ex Phavorino, auctor est Aulus Gell. (*l. 12. noct. art. c. 1*): etenim cum Phavorinus uxorem cuiusdam senatoris ex familia nobilioris auditoris, senatorisque sui invisisset, et puerperio laborantem; adissetque tunc quandam foeminam dissnadentem, ne filium suum lactaret, sed alteri nutriendum traderet, sapienter dixit: *Oro te mulier, sine eam totam integram esse*

matrem filii sui, ecce iudicavit matrem filium parientem, et non nutriendam, dimidiatam matrem censendam esse, non integram.

Quintam deinde accipe rationem: quia cum beatissima Virgo ardentissime filium suum amaret, non patiebatur amor eius alteri foeminae nutriendum illum tradere. Unde Plutarchus (*l. de educan. puer.*) dixit: *Mea quidem sententia matres ipsae nutrire infantes, atque lactare debent: maiore enim cum affectu, maioreque studio, utpote intime, et a teneris, ut Graeci aiunt, unguiculis diligentes: nutricum autem amor subdititius, atque adscititius est, utpote propter mercedem.* Rursus, cum nihil impensius beatissima Virgo desideraret, quam amorem filii sui magis ac magis conciliare, et ad filiorum amorem conciliandum non parum prodesse agnosceret, ut matres filios suos lactent, sic enim non dividunt amorem in matrem, et nutricem, cum eadem sit et mater, et nutrix; hinc est, quod b. Virgo proprio uberum suorum lacte Christum Dominum lactavit.

Sextam adnecto rationem, hoc principio naturali fundatam, quod pueri cum lacte, moribus quoque, et affectibus nutricis imbuntur; qui si in parvulis laudabiles sunt, etiam et nutricibus argumentum laudis suppeditant; sicut e contrario, si parvulus feritatem, luxuriam, aut alia vitia imberit, illa velut cum lacte a matre accepisse censetur, unde et nutrix his vitiis corrupta colligitur. Elius Lampridius scribit, Titum Vespasianum Vespasiani filium morbis addictum propter nutricem, quae infirmas valetudinis erat. Tiberius etiam vino se ingurgitare dicerat ab ebra nutrice, quae vino intincto pane eum a mammilla abigebat. Dionys. Cass. (*in vitis Caesarum*), Caligulam narrat crude gavisum hucusque, ut eusem cruentum lamberet, idque non a parentibus, sed a barbara nutrice habuisse, quae extremum mammae puero porrigens sanguine tingebat. Romulum, et Remum, propterea ait Iustinianus (*lib. 43*), fuisse ad depraedandos populos maxime proclives, quia ad ubera cuiusdam lupae, vel saltem, ut aliis placet, cuiusdam foeminae lupinam conditionem inducentis lactati fuerunt. Ac tandem Virgil. (*4. Aeneid.*), ad significandam Aeneae saevitiam, et crudelitatem, hoc solum dixit lactatum fuisse ad ubera tigridum:

*Pefide; sed duris genit le caubibus horrens
Caucasus: Hircanaeque adorant ubera tygres.*

Haec vitia simul cum lacte infantes imbibunt, ex quo etiam accepta in nutrices retorquere possumus, cum idem quoque de naturalibus virtutibus accidat; nimirum ut si nutrix casta, sobria, diligens, fidelis fuerit, haec omnia quae infusa puer accipiat; ex quo fit, ut illius laus quodammodo ad nutricem pertinere videatur, ut recte dicantur beata ubera quae ille suerit. Idque Romanorum exemplo facile comprobari potest: nam, quamdiu apud eos matronae filios, quos generant, lactabant, fovebant, nutriebant, et educabant, respublica illa mundi domina, hominibus magnanimis, et in virtutibus moralibus strenuis, atque in arte

militari fortissimis abundabat, ut optime Cornelius Tacitus nobilis auctor (*in Dial. de orat.*) his verbis adnotavit: *Si quis forte scire desiderat, cur tantopere antiqui illi Romani floruerint, in rebusque omnibus excellentes fuerunt, nullam aliam causam reperiet, quam liberorum educationem vigilantem: suam nam quisque filium ex casta natum parente, non empta nutriendum, sed propriae matri alendum relinquibat. Qua cessante causa, postquam Romanae matronae deliciis deditae, filios suos ancillis garrulis nutriendos tradidere, infantes impudicitiam cum lacte ipso sugentes, ab antiqua sua nobilitate degenerare coeperunt, ut idem Cornelius Tacitus sic advertit: Postquam autem garrulae ancillae filios nutriendos accepissent, infans Dominus impudicitiam cum ipso lacte sugere incipit. Alimentum enim corporale in substantiam aliti conversam facultatem habet efficiendi hominem qualitate, et temperamento eiusdem alimenti: picium enim caro frigida est, quia in aqua frigida gignitur, et altitur: et hinc Dominus Deus (*Levit. cap. 17*) praecipiebat, ne quis comederet aut biberet animalium sanguinem, dicens: *Omnis anima ex vobis non comedit sanguinem. ubi eam rationem assignat: quia anima carnis in sanguine est: nam cum animalis anima educatur de potentia materiae, homo animalis sanguinem comedens, facile illius animalis conditionem, complexionem, et temperamentum participat, quia licet in corruptione resolutio fiat usque ad materiam primam; materia tamen adhuc taliter affecta, et sigillata manet. Quapropter divus Hieron. (*in epist. ad Letam de inst. fl.*), eam severissime hortatur, quod in necessitatis casu, quo filia sua nutrici sit committenda, bonis moribus illa sit praedita, dicens: *Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciva, non garrula, habeat modestam gerulam, et nutricem gravem.* Atque hinc est quod antiqui in eligendis bonis nutricibus magnam curam adhibebant. Unde Plat. (*1. de Republ.*) praecipit nutricibus, ne inanes fabulas pueris enarrant, aut quae eorum bonae institutioni inutilia sunt: et Chrysippus, ut auctor est Plutarchus, monebat, pudica et honesta verba proferenda esse a nutricibus, quia quae in illa tenera aetate pueri addiscunt, eorum mentibus tenaciter inhaerescunt. Cum igitur omnis in Christo gratia, et omne bonum, etiam naturale, et ingenita inclinatio ad illud, suum locum obtineat, potuit mulier Evangelica etiam ad lac et ubera quae ille suerit, benedictionem illam convertisse: *Beata ubera quoque suerit.***

Septimam appono rationem, quae oportebat b. Virginem non defraudari ea praecleara laude, quae propter lactationem filii sui ei accessit. Cerle David (*Psal. 144*) dixit: *Oculi omnium in te sperant Domine, et tu das illis escam in tempore opportuno; aperis tu manum tuam, et implet omne animal benedictione, id est, refectionem, ut ibi adnotat Lyranus: hoc enim ad Dei pertinet maiestatem, ad a supremo seraphino, usque ad minimum vermiculum, omnia viventia a Deo pabulum expectent; ipsa tamen a nemine alio, sed intra seipsum se videns, et amans, sibi mel sit cibus, et pastus.*

illa autem singularis est b. Virginis praerogativa, et excellentia, ut ipsa ubere suo paverit omnia pascentem, alerit omnia alentem; et proprio lacte nutritur omnium Creatorem. Fertur, Pythagoram olim dixisse, foeminas uberibus suis Deorum potum gestare; adeo placebat ei lactis liquor. Verum id, quod ipse per exaggerationem dixit, nos vere et catholice dicemus de beata Virgine, ex uberibus suis dum lac emanabat, potum non falsorum Deorum, sed vere Dei effluxisse: nam dum infans Christum os suum ad sugendum coelestem illum liquorem materno uberi admovebat, lubeus ipsa illud propinabat. Memini apud Poetas me legisse, quod liliū flos, emaculatissimi omnium candidior, ob nobilitatem regius a quibusdam dictus, ex Dea Iunonis lacte natus dicitur, ut his carminibus cecinit Conradus Gesnerus (*lib. de lacte, et oper. lactis*)

Dum puer Alcides divae fagus ubera suxit
Iunonis, dulci pressa sapore fuit.
Ambrosiunq; alto lac distillavit Olympo.
In terras fuscum, lilia nata sumus.

Fingunt etiam, ut auctor est Pterius Valerianus (*lib. 2*), quod cum eadem Dea Iuno lactavit Herculem supremi Dei filium, ex guttulis lactis, quae in terram decidebant, candida lilia prodixisse. Cedant antiqua signata veritati catholicae: ex sanguine enim Deiparae conceptus est candidus, et rubicundus flos, Christus Dominus, et lacte eius facti candidioris: vere ipsa lacte suo, non fictum aluit, sed verum et fortissimum Herculem: *Qui mortem nostram moriendo destruxit, et vitam resurgendo reparavit.* Et sicut ex lacte Iunonis poetae commentantur, procreata fuisse candida lilia; certe ex lacte beatae Virginis vere procreabatur, et nutritur candidum liliū convallium, Christus Dominus, qui et a Salomone vocatus est *Candor lucis aeternae.* Ac tandem, si, ut Augustinus docet (*l. 4. de civit. Dei c. 11*), quod generis Ioven, tanquam omnium nutritorem, colerent sub nominibus *Ruminæ, Educæ, seu Edulicæ, et Potinæ*: sic enim ait in *d. Ruminæ*, mamma parvulo immulget, quia Ruminam dixerunt veteres mammam; in *d. Potinæ*, potionem ministrat: in *d. Edulicæ*, escam praebet; merito b. Virgo eo nomine valde colenda venit; quod non puras creaturas, sed creatorem ipsum lacte suo alerit, et omnium nutritorem ipsa proprio ubere nutritur.

Ceterum his omissis poetarum figmentis ad sacra nos converteramus eloquia, in quibus celestis Sponsus variis comparationibus sacra Deipara Virginis ubera mirifice commendat: etenim (*Cant. 4*) dixit: *Duo ubera sicut duo hinnuli capreae gemelli, qui pascentur in liliis, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ.* Scio interpretes huius loci in varias dividi sententias circa eius expositionem: nam Absalon Abbas (*serm. 7. in Nat. Dom.*) per haec verba intelligit Synagogam, Ecclesiam gentium, quam interpretationem fusc prosequitur Angelus, et Philon (*in comm. hui. loc.*). Censent enim illa duo ubera esse vetus, et novum testamentum, quo-

rum dulci neclare maternam Ecclesiae catholicae pectus plenum erat: haec ubera perfectione scientiae abundabant, rubicunda erant charitatis, duriuscula sensuum soliditate, laeta, et festiva, grata historiarum varietate, iucunda et illecebrosa cunctis, qui fidei luce illa contentur. Quamvis autem in conspectu hominum videatur, quod testamentum prius natum, quod novum; respectu vero Dei, cuius aeternae providentiae, et dispositioni cuncta sunt praesentia, gemella sunt, seu gemellae sorores: maxime quia habent se velut corpus, et umbra, haec duo testamenta velut duo ubera, Iudaeorum et Gentium populos, tanquam parvulos, lac ab illis sugentes, ad pietatem enutriunt, quousque adolescent, donec aspiret dies, hoc est donec saeculo praesenti vesper adveniat, quum adducens futuri saeculi mane, quo tenebrosos errorum, et adversitatum nubula dispellantur, ut quidam poetarum his sequentibus carminibus cecinit:

Donec sub fine statuta
Mundi nox abeat, et verum mane niteat.
Ad faciem facie cum cernent me sine fine.

Divus Gregorius Nyssenus longe aliam viam ingressus, in singulis hominibus duo esse animalia vidit, quorum unum sit corporeum, et sub oculis cadens, alterum sola mente intelligi, ac cerni queat, hoc animal, illud corpus vocari, et esse gemella ab ortu, quantum animae creatio corporis perfectam conformationem concomitatur: quorumdam quidem hominum venenatum cibum esse peccata, hoc est spinas, quas serpentis invidia procreavit, sed animae Deo dilectae nutrimentum esse flores purissimos virtutum. His pastas animas, ipsas quidem salubri succo impleri, et hunc geminis uberibus aliis materna charitate propinare. Nonnulli etiam alii interpretes interpretantur, per haec ubera intelligi praedicores Ecclesiae catholicae, de quibus Salomon (*in Cant.*) sub variis metaphoris locutus est. Oculos illos vocat: quia ocellata mysteria prospiciunt: dentes, quia doctrinae cibosterunt, comminuantque fidelibus: collum, quia flatum vultus Ecclesiae ministrant: denique ubera, quia parvulis in Christo lac doctrinae salutaris instillant. Duo autem dicuntur, quia duplex doctrinae lac confluit, nunc de astractione fidei, alterum de compositione morum: pertinet enim ad concionatoris officium, et fidem astruere, et ad bonos mores inclinare. Comparatur hinnulis capreae propter perspicacitalem aspectus quoad intellectum: propter hilaritatem, quoad affectum: propter velocitatem, quoad executionem operum, etiam arduorum, atque difficultum. Denique pascentur in liliis, id est, in floridis Scripturarum campis, donec aspiret dies, et inclinentur umbræ, id est, dum vitae huius tempus perduraverit.

Porro alii Doctores eundem locum ad ubera beatissimae Virginis referunt, quidam ad ubera eius spiritualia, alii ad corporalia. Alanus vult esse geminum affectum charitatis ma-

ternae, unum erga humanitatem, alterum erga divinitatem filii. Haylgrinus vero duo haec ubera interpretatur affectum pietatis, seu devotionis, et affectum misericordiae, de quibus dulcedo pia devotionis velut sugitur, et quae adiuclata discretionem velut acuto capreae lumine considerant, quae, et quanta quisque ope indiget: et per talem considerationem discurrunt, et per promptam subventionem accurrunt velociter, ut hinnuli, quibus affectus hi comparantur propter varios subventionum modos: quia pellis hinnulorum pulchra macularum varietate distinguitur. Gemellos vocat, quia hi affectus valde similes sunt eo, quod ex uno fonte misericordiae, et pietatis officia manant, iidem in ingratis moriuntur, et deficiunt; sed in illis nutriuntur, et adolescent, qui candore, et odore bonorum operum liliis assimilantur. Ubra ista Deiparae tota haec praesenti vita lac suum propinare non cessant, donec veniat dies illa, quae corporibus de pulvere reformatis adspirabit spiritum vitae, et vitam gloriae, donec umbrae praesentis miseriae inclinentur. Deinde Rupertus (*lib. 3. in Cant.*) interpretatur haec ubera Deiparae Virginis esse virginitatem, et foecunditatem, quae propterea hinnulis comparantur, quia propter laetitiam, quam mundo attulerunt, sunt hinnuli festivi, ac laeti, dum hoc, et illuc cum spectantium laetitia in montibus saliant: gemellis autem hinnulis similita dicuntur, quia in sola b. Virgine duo haec, velut gemellae sorores, fuisse noscuntur, maternitas, et virginitas, et ut filium lactaret, et virgo esset: denique dicuntur pasci in liliis, propter summam foecundae huius virginitatis pulchritudinem, quae in liliis maxime enitet: verba Ruperti nunc accipe: *Nonne sunt haec, inquit Rupertus, sicut duo hinnuli capreae gemelli? nunquam visum est simile huic in montibus, sive collibus nostris; sed neque videbitur in saeculis superventuris, ut uni capreae fiant duo tales hinnuli gemelli, ut uni foeminae contingat, quatenus eidem uberibus et flum lacet, et virgo sit. Aspicite hoc, et admiramini, videte, et congratulamini, quia caprea haec duos hinnulos ita geminos edidit: quia foemina haec, dum quasi caprea per montes exiit, dum caelestibus vel supernis animo intendit, gemella haec plena gratiae dona feliciter apprehendit, ut et mater, et virgo sit. Aspicite huius Rupertus: eandem expositionem acceptans d. Anselmus (*lib. de excel. Virg. cap. 4*) de his duobus uberibus haec perdocte scribit: *Evidem haec duo ipsa iucundus amat, scilicet virginitatem, et foecunditatem: virginitatem, quia hanc placere Deo per omnia intelligebat; foecunditatem, quia sine hac maledictum legis, quae adhuc carnaliter custodiebatur, incurere metuebat; haec ille. Verum oportet, ut hanc Ruperti, et Anselmi expositionem amplius illustremus. Etenim virginitas, et foecunditas merito ubera dicuntur, quia inde humanum genus spiritaliter infans lac salutis, et gratiae hausit, ex eo videlicet, quod in b. Virgine cum virginitate coniuncta est foecunditas, quae Deum hominem peperit: nihil enim nobis eius virginitas profuisset, nisi foecunda fuisset. Fit deinde mentio liliorum, ad exprimentam virginitatis pulchritudinem:**

est enim liliū flos pulcherrimus, et ad hieroglyphicum spei. Unde in multis antiquorum Imperatorum nummis exaltata facie Dea sculpta erat, liliū dextra praetendens, cum hac inscriptione, Spes Publica: quod mirifice in sacratissimae Mariae virginitatem cum foecunditate coniunctam, convenire videtur, in qua spes humani generis publicae reposita est. Ac tandem ubera b. Virginis, id est, virginitas, et foecunditas, hinnulis comparantur, quia sicut hi hilares sunt, ac laeti, ita haec sacra duo ubera ad consolationem, et hilaritatem universoni orbi valde profuerunt.

His egregiis antiquorum Patrum expositionibus aliam non ingratam, ut arbitror, novissimam interpretationem apponam, pro cuius intelligentia suppono ex Arist. (*lib. 4. de gener. animal.*), et ex communi naturalium philosophorum consensu, eandem esse materiam, nempe sanguinem, ex quo foetus generatur, et ex qua fit lac quo ille alitur: hoc supposito, cum constet, ex purissimo beatissimae Virginis sanguine per virtutem Spiritus sancti, in utero eius attracto, Christum Dominum genitum fuisse, consequens est, ex eodem sanguine lac in illius uberibus fuisse confectum: quod eatenus e coelo provenisse canit Plericus, *Sola Virgo lactabat ubere de coelo pleno, quatenus divina Spiritus sancti operatione purissimus ille beatae Virginis sanguis magis concoctus ad mammillas eius attracti coepit.* Praeclare ergo divinus Sponsus commendans beatae Virginis ubera, laudat eam per similitudinem duorum hinnulorum, qui in uberibus pascius inter lilia pascentur: illa enim, quasi duo hinnuli, in purissimo pascentur corde, super quod sita sunt, et inde, quasi ex uberibus pascius purissimum illum attrahunt sanguinem, qui in candidissimum concoquitur lac, et cum sanguine illi attracti virginei sint, in liliis, quae virginitatis symbola sunt, recte hi duo hinnuli uberum beatae Virginis pasci dicuntur. Ex qua expositione penitus evacuat difficultas illa, quae multos mole torset; quomodo Sponsus comparat ubera hinnulis capreae, cum ubera pascant, illi pascantur, illa nutriant, hi vero nutriantur? Adde his omnibus, ea etiam ratione apte ubera beatae Virginis hinnulis capreae comparari, quia hinnulus est velocissimus in cursu, et levissimus in saltu, et caro eius dulcissima ac tenerissima ad gustum, et avidissima ad esum, ut naturales historiographi tradunt. Cum ergo ubera tumentia, sicut nec venter tumentis aliquo gravamine beatam Virginem premebant, merito hinnulis comparantur, quia carnis pondere non praegravati, haec, et illae facile cursant, et cum lac, quod ubera illa Christo Domino propinabant, suavissimum esset, et ad potum et esum avidissimum; merito etiam eidem hinnulis conferuntur, quorum caro gustui multum consentanea esse perhibetur.

Ad extremum, pulchritudinem uberum beatae Virginis commendans celestis Sponsus, in hunc modum eam alloquitur (*Cant. 4*): *Quantum pulchrae sunt mammae tuae, soror mea sponsa, pulchriora sunt ubera tua vino. Super hunc locum Rupertus Abbas haec scribit: Per haec verba*

significari videtur, incarnationem Christi multo pulchriorem visse formatione primorum parentum, quia pulchrius valde est de utero mulieris absque viro virum caedere, quam tunc de terra virum, et de costa viri mulierem fecisse: ibi namque mulier de viro facta, quae perdat, hic de muliere vir factus est, qui perdat, ac salvet; haec ille. Quae sit postea Rup. in quo consistat sequens comparatio, et quid sibi velit: Pulchriora sunt ubera tua vino. Quid, inquit, sibi vinum ad ubera; et respondet, pulcherrimam esse hanc comparationem, et ubera ad vinum optime conferri, si per ubera virginitatem Deiparae intellegamus, ut supra dictum est: per vinum vero, nuptias, seu connubia, quae parum ad concupiscentiam sedandam ordinantur; sic autem scribit: Qualis tandem est ipsa comparatio, Pulchriora sunt ubera tua vino; aut, quid magnum est dicere: pulchriora sunt ubera tua vino? nam in vino luxuria est. Nolite, ait quidam amicorum, ad nostras adolescentulitas scribens, inebriari vino, in quo est luxuria: quid ergo magnum est dicere, quod ubera tua pulchriora sunt eo, quod non est pulchrum. cum sit luxuria, sive carnis voluptas, sine cuius ebrietate praesente, nulla unquam ubera praeter ubera tua filium lactaverunt? Est ergo illud, quod apud hominum scholas dicitur, lapinositas, id est, humilitas, statum rei magnae dictis infirmans. Magna quippe res est virginitas, sive integritas uberum meum filium lactantium: nec satis laudatur haec tam pulchra res, dum re maritali, sive coniugali pulchrior esse non praedicatur. Sed suavis, lacteus, ac dulcis Gulielmus in suo sigillo, haec melliflua in os meum effudit: non simpliciter, ait, Pulchrae sunt mammae tuae: sed quasi cum admiratione. Quam pulchrae sunt mammae tuae? id est, quam gratas sunt oculis patris, quae filium unicuique aluerunt: quam pulchrae sunt, quae lacte singulariter candido tumuerunt; nempe fac illud singulariter candidum quam virgineum. Quid negas, o stulla mundi sapientia partum virgineum? Deus nascebatur, et quid idem negas, lac virgineum? Deus pascabatur. Non potuit Deus in salutem hominum corporaliter nasci, nisi partu virgineo, nec decuit eum pasci, nisi lacte virgineo. Nec minus habet miraculi pectus b. Virginis lactescens, quam venter partu grandescens. Propterea filio Virginis non tantum dictum est: Beatus venter qui te portavit, sed adiunctum est, et ubera, quae suxisti: et quidem pulchrae sunt mammae Virgineum, quia virgineae, sed dum virgineae sunt, lactescere nesciunt, id est simpliciter pulchrae sunt; sed de illis non potest dici, quam pulchrae sunt; ad beatissimas Mariae mammae non tantum virgineae fuerunt, sed etiam ad singulare miraculum, lacte virgineo tumuerunt; ideo cum admiratione gratulatoria vult dici, quam pulchrae sunt mammae tuae? Plane specie, et pulchritudine sua sanctos angelos oblectabant, cum ab eis penderet speciosior forma prae filiis hominum, Dominus angelorum, minoratus paulo minus ab angelis propter similitudinem carnis peccati. Tunc erant ubera pulchriora vino. Vinum potest intelligi illud, quod germinat virgines, ipsa virginitas utique propter meracissimam puritatem, quidnam virginali puritate meracius? Hoc vino, ubere

ra b. Mariae priusquam mater esset, plena erant; sed ubi saeva virginitate mater facta est, non plena tantum vino, sed etiam pulchriora vino eius ubera facta fuerunt: quia, non tantum virginea, sed etiam lacte virgineo tumida extiterunt. Ubra habere virginea cum multis illis virgibus est, et fuit commune, sed singulare illi est, et fuit, et erit, virginea ubera lacte virgineo post partum tumentia habere; haec lenus Rupertus.

Ad haec, verba illa Sponsi: Statura tua assimilata est palmae, et ubera tua botris, Haylgr. de spiritualibus uberibus beatissimae Virginis in hunc modum exponit: Statura eius, videlicet rectitudo bonae intentionis, et sanctae operationis directio, assimilata est palmae; ut sic palma, id est, arbor triumphalis crucis dominicae terribilis est malignis spiritibus; sic b. Virgo merito suae rectitudinis malignos spiritus terreat, et expellat. Ubra quoque botris assimilata sunt, ex quo mirabilis praerogativa merendi monstratur in b. Virgine, quae non filium meruit fundendo lac de uberibus suis ad nisi nutrimentum, quam martyres, qui per botros affugantur, meruerunt fundendo sanguinem suum in martyrio: omnium enim operum merces secundum radicem charitatis pensatur.

Alanus similiter (in comm. ill. loc.) Fasciculus myrrhae, dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur, de eisdem spiritualibus beatissimae Virginis uberibus illum interpretatur in haec verba: Eleganter per myrrham doloris amaritudo significatur, quia myrrha amaritudo interpretatur, et quia pro nostra redemptione passus est, inter ubera mea commorabitur, id est, in intimo cordis mei amore detinebitur. Duo ubera beatissimae Virginis duo sunt brachia charitatis, unum, quo dilexit Christum tanquam illum. Eleganter autem duo rivuli charitatis dicuntur ubera, quia mulieres illis parvulis solent offerre ubera ad lactandum, quos diligunt, et hos duos ramos charitatis proposuit aliis ad exemplum, et ad alios informandum, tanquam mater ubera ad lactandum. Vel, ideo Christus dicitur matri fasciculus myrrhae, quia veniens in carnem exclusit a b. Virgine omnem concupiscentiae putredinem, sicut myrrha servat carnem a putredine immunem. Sequitur, inter ubera mea commorabitur: quia a Virgine natus, a sola Virgine est lactatus. O b. Mater, quae ubere eum lactat, qui omnibus ubera misericordiae propinat: o mira res, illa lactat patrem, creatura Creatorem, famula dominantem.

Denique Patriarcha Iacob, ut sacra Genesios narrat historia, cum proximus morti Ioseph filio suo ultimam benedictionem imperitiret, verba quaedam protulit Deiparae Virgini multo magis, quam ipsi Iosepho consentanea: Omnipotens benedicti tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum, et rutrae. Sane his omnibus benedictionibus cumulatissime intueor beatam Virginem, et eius ubera beatifica. In primis cum ait: Omnipotens benedicti tibi, id ipsum beata Virgo attestata est in suo Cantico: Quia fecit mihi magna, qui potens est.

Quod autem subdit, benedictionibus caeli desuper, recte in Virgine convenit: nam dupliceps illius benedictionis, quia Deus suos coelicolas, hoc est, supernos spiritus angelicos benedixit, nimirum in gratia illos creando variisque coelestibus donis eos cumulando, copiosius Virgine participem fecit; tum quia a principio suae conceptionis ab omni labe eam praeservans, angelis puriorem effecit, ut palam testificatur divus Ioannes Chrysostomus (in sua liturgia) dum ait: Vere dignum, et iustum est, glorificare Deiparam, et semper beatissimam, et penitus incontaminatam matrem Dei nostri, honoratorem cherubin, et gloriosorem incomparabiliter seraphim. Ecce, vocat illam semper beatissimam: si autem pro aliquo instanti infelicitas peccati originalis eam occupasset, non semper fuisset beatissima, sed pro tunc infelix. Id ipsum confirmat, quod vocat illam penitus incontaminatam. Si autem peccati originalis contagione, et macula fuisset aliquando deturpata, minime semper fuisset penitus incontaminata. Tum etiam, quia coelestibus charismatibus supra omnes quoque supremos angelos fuit cumulatissima, ut eadem divi Ioannis Chrysos. verba clare indicant, dum vocat illam Honoratorem cherubin, et gloriosorem incomparabiliter seraphim: et verba archangeli Gabrielis id satis commonstrant, dum (Luc. cap. 1) plenam gratia illum nuncupavit, quae appellatio adeo reliquas omnes transcendit, ut s. Athanasius (serm. de Deip.) testetur, angelos omnes in caelo, non alia, quam Gabrielis verba ab b. Virgine salutam sibi usurpare, dulci melodia canentes: Ave Maria, gratia plena. Fuit ergo beatissima Virgo benedicta benedictionibus caeli desuper, hoc est, benedictionibus, quibus Deus caeli habitatores a primordialis creationis mundi benedixit. Rursus subdit Iacob (Gen. 17): Et abyssi iacentis deorsum; quibus verbis, ut Paraphrastes Chaldaeus observat, deprecabatur ei abundantiam terrestrium honorum, per abyssum enim iacentem deorsum terram intellexit, quae respectu caeli, quod sursum est, ipsa deorsum iacet. B. autem Virgo excellentioribus aliis benedictionibus fuit locupletata in terra, ipsa id praedicante, cum cecinit (Luc. 1): Beatae me dicent omnes generationes. Claud. Minle (emble. 83) narrat, antiquos in honorem Catonis Portii gloriosum illud ac perillustre epitaphium in eius honorem scripsisse: Is summus imperator, summus orator, summus iuris consultus. Excesserunt tamen in hac laude, quia ut ibidem Claud. adnotavit, non ita illa in supremo gradu in eo entebant, quin in eisdem ab aliis eiusdem tempestatis viris longe superaretur; b. autem Virginis ea est singularis praerogativa, ut quia Dei Genitrix est, non falso, sed veracissime, summa in omnibus dicatur: summa in fide: Beata, quae creditur: summa in charitate, Ordinat in me charitatem; vel, ut alia versio habet, Veritatem amoris in me creavit: summa in spe, ita ut non solum mater spei nominetur, sed et ipsa spes ab Ecclesia catholica appelleretur in cantico Salve Regina: Vita dulcedo, et spes nostra: summa in virginitate, cum nemine dissentiente, virginum princeps, et re-

gina sit. Summa in fecunditate, cum pro fructu Deum ipsum in carne ediderit; quo nihil excellentius concipi, aut excogitari potest. Tandem adiecit Iacob, Benedictionibus uberum, et rutrae, per quae Lyranus (in comm. lvi. loc.) adnotavit: Depraecatus est filio suo abundantiam pecorum, ad quorum procreationem, et nutritionem, praecipua instrumenta sunt rutrae, et ubera. Quis autem non videat, hoc genus benedictionis, quod a ventre, et uberibus petitur, incomparabiliter accommodatus in beatissimam Virgine quadrare? Unde et glossa interlinearis ad ventrem, et ubera Deiparae illam beatitudinem refert: et merito quidem, nam, cum super ventres aliarum foeminarum maledictio illa ceciderit (Genes. 3): In dolore paries filios tuos: infantes enim nascendo mater claustra ita abruptum, ut necesse sit, matres propter rufionem illam summo dolore confici, iuxta verba illa Christi Domino (Ioan. 16): Mulier, cum parit, tristitiam habet; ab ea autem maledictione longe absuit beata Virgo, quia, cum Christus Dominus, salva integritate virgine claustra et visceribus matris in lucem proderit, beatissima Virgo in eius partu, sicut in concipiendo, nullam libidinem experta, ita et in pariendo Christum Dominum nullam prorsus dolorem sensit; cui cum matre sua sit sempiternus honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XVII.

Beatam Virginem non solum corporaliter Christum Dominum, sed et nos omnes spiritualiter utero suo portasse, ac suis uberibus lactasse, ex sacra Scriptura, ex sanctis Patribus, et efficacissimis ratiocinationibus commonstramus: ut propterea non solum Christi, sed et viventium omnium mater, et nutrix censeri debeat.

Hoc dulcissimum argumenti genus, quo istorum corda suavissime recreantur, dum matrem Dei, matrem pariter suam agnoscunt, ut alius repetemus, divino oraculo praenunciatum lego, iustos omnes filios esse beatae Virginis, atque adeo ipsam eorum matrem: id enim palam indicant verba illa (Genes. 3): Inimicitias ponam inter te, et mulierem, et inter semen tuum, et semen illius. Sicut enim impij semen sunt serpentes, ita iusti spirituale semen sunt illius sacrae mulieris, ut animadvertit Rupertus (lib. 3. de Trinit. cap. 19). Nec enim per semen mulieris intelligitur tantum caput electorum, sed et ipsi etiam electi, ut expresse docuit d. Ioann. (Apoc. 12), dum ait draconem abissae facere praecium cum reliquis de semine illius mulieris amictae sole: Qui custodiunt, ait, mandata Dei, et habent testimonium Iesu Christi. Atque hinc est, quod Patres communi consensu, unoque ore beatam

Virginem, matrem iustorum, matrem electorum, matrem omnium viventium frequenter compellat. S. Epiph. (*haeres. 78*) sic loquitur: *Beata mater Dei, Maria per Evam significatur, quae per aenigma accepit, ut mater viventium vocetur: ab illa Eva omnis generatio ducta est in terra, hic autem vere a Maria haec vita mundo genita est, ut viventem gigneret, et feret Maria mater viventium. Eva mortis causa facta est hominibus: per ipsam enim mors ingressa est in mundum; Maria vero causa vitae, per quam genita est nobis vita, et per hanc filius Dei advenit in mundum; haec Epiphanius. D. Chrysologus (serm. 14): Benedicta tu in mulieribus, quia in quibus Eva maledicta puniebatur viscera, tunc in illis gaudet, hortatur, suscipitur Maria benedicta; et facta est vere nunc mater viventium per gratiam, quae mater ante caritatem mortuorum per naturam; haec Chrysologus. Noster sanctus Bernardinus (tom. 3. serm. 6. art. 2. cap. 2) loquens de consensu, quem angelus Gabriel postulavit Virgini, ut malet Dei fieret, haec scripsit: Virgo per hunc consensum incarnationem filii, omnium electorum salutem rischerosissime expellit, et procuravit, et omnium saluti, et salvationi per hunc consensum se singularissime dedicavit, ita ut ea tunc omnes in suis rischeribus baiularet, tanquam verissima mater filios suos: et (serm. 11. art. 2. c. 1): Unde, inquit, ab ipso Patre aeterno beata Virgo recepit fontalem fecunditatem ad generandos omnes electos, etiam ipsos angelos.*

Sed iam variis ratiocinationibus idipsum demonstramus: nam eo ipso, quod Christum Dominum utero suo corporaliter concepit, nos omnes in eo spiritualiter genuit; ut his mellifluis, ac vere coelestibus verbis doctissimus, ac piissimus Gulielm. (in sig. verba illa Cant. 4) exponens: Duo ubera tua, sicut duo hinc capreae, sapienter spectantur: Ipsa quidem, et quia acuta videbat intentione contemplationis, et velociter curriebat alacritate sanctae actionis, per capream recte figuratur. Erat autem huic capreae hinc unus, mediator Dei, et hominum Christus Iesus, qui corporalibus piae matris unus uberibus pascebat: sicut enim non decebat, matrem Verbi et alios parere, ita nec matrem Verbi aliiis sacra illa ubera admodere. Proinde, sicut materna rischeria sibi sanctificavit, quibus unicus alerebatur, ideo dictum est ei: Beatus venter, qui te portavit, et ubera, quae suzisti. Porro, eo ipso, quod sibi magnum illum hinculum, id est, Verbum incarnatum corporaliter genuit, duos sibi hinculos, id est teneriora eius membra in uteroque sexu, spiritualiter adoptavit. Si quidem per hoc, quod facta est incarnati Verbi mater corporalis, facta est membrorum eius mater spiritualis, per hoc, quod caput nostrum secundum carnem concepit, membra eius lacte pietatis alenda suscepit. Habet ergo unicum, quem pro tempore lacte corporeo nutrit, habet et gemellos, id est, ex utroque sexu adoptatos, quos lacte pietatis nutrire non desinit: illi corporalia matris ubera erant fons proprius, cui communicare non poterat alius, his duo spiritualia eiusdem matris ubera erant fons titidem proprius, cui non communicat alienus; haec doctissimus Gulielmus. Quod si Apostolus (1. ad Cor. 4)

eos quos ad fidei veritatem sua praedicatione, et doctrina perduxerat, filios pleno ore appellat: *Ut filios meos charissimos monero: nam si decem millia paedagogorum habebitis in Christo, sed non multos patres: nam in Christo Iesu per evangelium ego vos genui*; quibus persimilia sunt illa alia (ad Gal. 4): *Filii mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis*: potiore iure b. Virgo, quae doctrina sua ipsos etiam Principes Ecclesiae, et clarissimos doctores, et iustos etiam quotidie instruit, dicere poterit: *In Christo Iesu ego vos genui*: maxime quod gignendo Christum, necesse erat gignere eius membra. Beata autem Virgo omnium communem fuisse omnium magistratam, et doctricem, testatur expresse s. Birgitta (in suis revelat. ser. Angel. cap. 19), ubi ait: *Ascendente filio ad suum regnum, Virgo Maria in hoc mundo ad bonorum consolationem, et errantium correctionem remanere permessa est. Erat enim magistra apostolorum, confortatrix martyrum, doctrix confessorum, clarissimum speculum virginum, consolatrix viduarum, et coniugio viventium saluberrima monitrix: atque omnium in fide catholica perfectissima roboratrix. Apostolis namque ad se venientibus omnia, quae de suo filio perfecte non noverant revelabat, et rationabiliter declarabat, martyres quoque ad tribulationes pro Christi nomine sufferendas animabat; haec ibi: quibus consonant, quae Rupertus (in cap. 5. Cant.) in haec verba scripsit: *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulier? opportuna percontatio, si respiciamus ad illa tempora, quando tu dilecta propter evangelium dilecti praesens aderes, et in corpore detinebaris magistra necessaria, et testis valde idonea contra Iudaeos blasphemantes, et haereticos Christianam veritatem corrumpere laborantes. Pulsandum igitur erat ad ostium veritatis, et consulendum oraculum Spiritus sancti, scilicet sacrarium pectoris tui, ut viva voce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei, cum testimonio Scripturarum, quae memoria tenebas, prophetissa magna, et capax omnium prophetiarum; haec Rupertus. Imo d. Cyrillus (hom. 6. in Nestor.), loquens ad Virginem, haec longe maiora protulit: *Per te omnis creatura idolorum errore detenta, conversa est ad agnitionem veritatis, et fideles homines ad sanctum baptismum perrenerunt, atque in toto orbe terrarum constructae sunt Ecclesiae: te aditricem gentes veniunt ad poenitentiam*; haec d. Cyrillus. Accedit, quod si seraphicus pater noster s. Franciscus, ut refert s. Doctor Bonaventura (in eius vit. cap. 6) eos, qui exemplo in se nos pietatis, ac plusquam regia munificentia, non satis sibi visum fuit, si nos fecisset aeterni sui Patris filios, nisi et quo sibi coniunctiores nos redderet, etiam in Ioanne, matris suae filios efficeret; ut ex utraque parte tam patris, quam matris fratres illius essemus. Quare divus Bernardus (ser. sup. sign. magn.): *Gratias, inquit, age et, qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione providit. Et hoc vult legatum, seu haereditas illa pretiosissima, inter summos cruciatus a Christo nobis relicta, cum Deiparam Ioanni, et in Ioanne nobis eam tradidit: quam non obscure in Elias***

tae vitae exemplo pene innumeri viri, et foeminae evangelicam vitam sunt amplexi. Unde d. Augustinus (lib. de sanct. virg. cap. 6) dixit: *Haec mater spiritu membrorum Saluatoris, quia cooperata est charitate, ut fideles in Ecclesia nascerentur. Ad haec Christus Dominus ab Isaia (cap. 33) vocatus est Pater futuri saeculi; et merito, quia per baptismum in novam creaturam iustos regeneravit, Apostolo dicente (ad Galat. ult.): *Novae creaturae in ipso efficiuntur, quia pretioso suo sanguine eos redemit, et in filios adoptavit. Unde et David in persona Christi (Psal. 21) de filiorum Dei semine, ac prole copiosa, quam habiturus erat dixit: *Anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi. Cum ergo Christus Dominus pater sit omnium iustorum, et b. Virgo mater est eorum, ad eum certe modum, quo Sara (Isa. 51) dicitur peperisse Hebraeos ex eo ipso, quod genuerit Isaac, ex quo propagati sunt Hebraei. Quare non immerito, iuxta expositionem divi Ambrosii (lib. de instit. Virg. cap. 13) beatissimae Virgini dicitur: *Venter tuus sicut aceruus tritici, callatus liliis. Quamvis enim virgineo Deiparae utero unicum fuerit granum frumenti, quia tamen ex divo Ambrosio: *Granum frumenti postea in cruce mortuorum plurimum fructum attulit: ideo de uno grano tritici aceruus est factus, et completum est illud propheticum dictum, et vallis abundavit frumento; ita divus Ambrosius; et Epiphanius (ser. de laudib. Dep.): *Ipsa, inquit, est ager minime cultus, quae Verbum, etiam granum frumenti suscipiens, etiam manipulum genuerit; sic ille. Cum ergo granum illud innumeros electos, quorum Christus caput est, atque parens, virtute contineat; consequens etiam est, ut omnes illi sanctissimi Dei Genitricis spiruales filii, velut aceruus tritici in eius utero censeantur.******

Secundam iam subnecto ratiocinationem; quia Christus Dominus in lecto crucis iacens, beatam Virginem constituens matrem dilecti discipuli, et Ioannem filium eius, dicens: *Mulier, ecce filius tuus, eandem nostram matrem effecit, et in filios eius nos adoptavit, ut s. Antonius his verbis palam edixit: *Quia vero Ioannes interpretatur, in quo est gratia, culti debet etiam qui Ioannes dicitur, existit, in quo scilicet est gratia gratum faciens, datur Virgo Maria in matrem. Sicut enim Christus nos genuit vere veritatis ad esse gratiae spiritalis, in cruce paliendo; ita et beata Virgo Maria nos genuit, et peperit in maximis doloribus filio compatiendo, poenas immensas pro nobis patienti. Et quidem Christus Dominus pro singulari eius in nos pietate, ac plusquam regia munificentia, non satis sibi visum fuit, si nos fecisset aeterni sui Patris filios, nisi et quo sibi coniunctiores nos redderet, etiam in Ioanne, matris suae filios efficeret; ut ex utraque parte tam patris, quam matris fratres illius essemus. Quare divus Bernardus (ser. sup. sign. magn.): *Gratias, inquit, age et, qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione providit. Et hoc vult legatum, seu haereditas illa pretiosissima, inter summos cruciatus a Christo nobis relicta, cum Deiparam Ioanni, et in Ioanne nobis eam tradidit: quam non obscure in Elias***

pallio figuratum accepimus. Sicut enim olim Elias (4. Reg. 2) in curru igneo per turbinem evehctus, ascendens in coelum, Helisaeo pallium suum reliquit, per quod ipse Helisaeus (3. Reg. 19) a laborioso, et humili arandi opere ad salutare, et honorificum Heliae sequelam antea fuerat traductus, et in quo postea admirabilia effecit, cum Iordanis aquas, ut per eas sicco vestigio pertransiret, divisit; ita Christus per turbinem passionis, in curru crucis, flammis charitatis undequaque flagrantem recedens, b. Virginem quae suum erat pallium; ita enim illum appellat s. Methodius (in Hypog. Dom.): *Tu es impollutum illius indumentum, quia revera, centre suo, velut indumento, aut pallio illum circumdasti; illud, tanquam legatum in testamento suo nobis tradidit, eius virtute, et precibus bene innumerare peccatorum conversiones sunt; ac portenta multa quodvis patrantur. Et quemadmodum Helisaeus audiebat nequam potuit, ut Eliam priusquam reperderet, desereret, sed ad finem usque illi adhaesit, et ita huius pallii haeres factus est: audivit enim Eliam sibi duplicem eius spiritum in se fieri potulanti, ita dicentem: *si videris me, quando tollar a te, erit tibi quod petisti; ita et nos, ut tantum Christi pallium haereditate possideamus, et spiritum eius duplicem, ubere nimirum eius gratiam consequamur, exemplo sancti Ioannis, tuam haerem Iesu cum matre eius in finem usque persistamus, per crebram ac devotam passionis eius meditationem cum animi gratitudine, et charitatis ardore coniectam; certi, quod, ut ait Apostolus (ad Corinth. 1): *Si fuerimus socii passionum, etiam et consolationis erimus.***

Tertiam tandem ratiocinationem accipere; quia Christus Dominus frater noster est, d. Bernardo (ser. de oquard.) dicente: *An trepidas ad Christum accedere? frater tuus est, et caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors ferret: hunc tibi fratrem Maria dedit, ergo et ipsa mater nostra est. Quare d. Bonaventura (in spec. b. Virg. cap. 8) dixit: *Maria non solum est mater Christi singularis, sed etiam mater omnium fidelium universalis; uide d. Ambrosius ait: *Si Christus est creditum frater, cur non ipse, quae genuit Christum, creditum sit mater? ita charissimos omnes nunc gaudeamus, nunc omnes gaudent dicamus: benedictus frater, per quem Maria est nostra mater, et benedicta mater, per quam Christus est noster frater; hinc bene Anselmus ait: *Dominus mater, per quam talem fratrem habemus, quid gratiarum, quid laudis tibi retribuimus? hactenus d. Bonaventura.****

Ceterum, sicut b. Virgo non solum mater, sed et nutrix fuit Christi Domini, utero suo secundum carnem illum concipiendo, et uberibus suis lactando: ita non contenta, iustus secundum spiritum concepsit, eisdem etiam spiritalibus suis uberibus materna providentia nutrit et lactat. Unde verba illa (Isa. 66), quae secundum litteralem sensum de Deo, universali omnium parente intelliguntur, recte etiam in b. Virgine communem omnium matrem conveniunt: *Suggetis, et ad ubera portabimini, et su-*

per genua blanditur vobis sicut mater blanditur filio suo, id quod probe intelligens melibius Guilelmus (in cap. 6. Cant.), exponens illa verba: *Ubera tua sicut botri, haec scripsit: Habet autem pia mater et spiritualia ubera, quibus nimirum datum est illi adoptivos fratres filii sui spiritualiter emittre, et de his quidem uberibus eius potest intelligi, quod in Proverbiis dicitur: Cervae charissima, et gratissimus hinnulus, ubera eius inebriant te omni tempore, et in amore eius delectare iugiter. Cervae enim charissima est, quae habet gratissimum hinnulum, Maria scilicet quae peperit Iesum. Cervae ista magnorum plane, nobilitateque cervorum filia est, quorum unus: quemadmodum, inquit, desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Magnus ilidem, nobilitate cervus fuit Abraham, a quo exorsus est magnorum successiones cervorum: dicitque Mattheus usque ad cervam charissimum, de qua natus est hinnulus gratissimus, id est usque ad Mariam, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Ubera, inquam, eius inebriant te omni tempore, et in amore eius delectare iugiter: his dicitur, eius unum refert ad cervam charissimum, alterum vero ad gratissimum hinnulum sic, ubera eius, id est, cervae charissimae inebriant te in omni tempore, et in amore eius, id est, gratissimi hinnuli, delectare iugiter, nempe parva est, amare gratissimum hinnulum, nisi in amore eius delecteris, cum sit et amor crucians, magis quam delectans. Plenum est uberibus maternum illud pectus intus, et foris: foris quidem, habet duo ubera, quibus pro tempore pia mater aluit filium Dei: intus idem duo ubera habet ad alenda membra eius, unum compassionis, alterum congratulationis; ut etenim eorum infirmitatibus materno compatitur, sic eorum profectibus materno congratulatur, non quod nostris tribulationibus perpetuis eius, quibus fruatur, delicias minuamus, vel bonis nostris, quibus utique non eget, beatitudini eius addere valeamus, sed ipsam nobis compati est, in presuriam, quas palimur, gratiam nobis consolationis a filio impetrare, et nobis congratulari, et profectibus nostris perseverantiam, et augmentum a filio postulare. Cum ergo infirmitates nostras pater precibus subleat, lactat nos ubere congratulationis; sic duo eius ubera, sunt duo hinnuli carae gemelli; haec ille. Quibus consentanea sunt, quae in eadem verba Canticorum eleganter disseruit Haygrinus (in 7. Cant.), nam duo haec ubera interpretatur affectum pietatis, seu devotionis, et affectum misericordiae, de quibus dulcedo piae devotionis, velut lac sugitur, et quae, adiuncta discretione, velut acule capreae lumina considerant, qua et quanta quisque ope indigeat, et per talem considerationem discurrunt, et per promptam subventionem accurrit velociter, ut hinnuli, quibus affectus hi comparantur propter varios subventionum modos; quia pellis hinnulorum pulchra macularum varietate distinguitur. Gemellos vocat, quia hi affectus valde similes sunt, eo quod ex uno fonte, misericordiae, et pietatis officia manant; idem in ingralis moriuntur, et deficiunt, sed in illis nutriuntur, et adolescunt, qui candore, et odore bonorum operum liliis assimilantur. U-*

bera ista Deiparae tota hac praesenti vita lac suum propinare non cessant, donec veniat dies illa, quae corporibus de pulvere reformatis, aspirabit spiritum vitae, et vitam gloriae; donec umbrae praesentis miseriae inclinentur, etc.

Inter alia nulla, quae de uberibus philosophi naturalium arcanorum diligentes investigatores commemorant, illud singulare est, quod habent vim conversivam: haec enim ratione natura cordi, vitalis calor perenni fonti, vicina illa constituit, ut sic copiosiore eius participatione coctionem sanguinis facilius efficiant, et in lac illum convertant, lac enim nihil aliud est, quam sanguinis his coctus semel in venis, et iterum in mammillis. Unde lac dicitur a voce Graeca *Leucos*, quod album significat, quia sanguis in uberibus fit albus, ut adnotavit Archid. (in c. denig. dist. 4). Haec mirabili vi conversiva praedita multifariam agnoscit spiritualia beatissimae Virginis ubera, quae sunt eius pietas, et caritas, quibus iustos consolatur, et nutrit; multiplicem tamen quam conciliunt, conversionem satis utique mihi insinuasse videtur Deipara (Ecl. 24), cum dixit: *Ego mater pulchrae dilectionis, et timoris, et agnitionis, et sanctae spei. Convertunt spiritualia piae huius matris ubera frigus nostrum in calorem, quia a nobis spirituale expellens torporem, fervorem divinae dilectionis in nos effundit: Ego mater pulchrae dilectionis. Unde seraphicus noster doctor s. Bonavent. (in spec. b. Virg. c. 7), versans illa verba Isai. (c. 11): *Egredietur virga de radice Iesse, et flos de radice eius ascendet, haec erudite et pie de thesauro suae devotionis profert: Quicumque septiformem Spiritus s. gratiam adipisci desiderat, ipsum florem in Spiritu s. virga quaerat: per virgam enim ad florem, per florem ad Spiritum in ipso requiescentem percipimus: per Mariam ad Christum accedimus, et per Christum gratiam Spiritus sancti invenimus, propterea Bernardus Mariam alloquens, ait, per te accessum habemus ad filium o benedicta ventricis gratiae, genitrix vitae, mater salutis, ut per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis; haec d. Bonav. Convertunt praeterea moerorem vani timoris in gaudium timoris filialis (Ecl. 24): *Ego mater timoris: est enim proprium huius timoris animam recreare, iuxta illud (Ecl. 1): Timor Domini delectabit cor, et dabit laetitiam, et gaudium in longitudinem dierum. Convertunt ignorantiae nostrae tenebras in lucem, lacte suae doctrinae nos nutriendi (Ecl. 24): *Ego mater agnitionis: sicut enim nutrix cibaria, quibus vesjitur, sibi incorporat, et in dulcedo lac conversa, per os mammillae o pueri infundit; sic Deipara Virgo secreta fidei arcana, ac difficiles, quas audiebat sententias, memoria sua ruminans, iuxta illud (Lucae 2): *Maria autem conservabat omnia verba haec, conferens in corde suis: postea illa iam digesta, discipulis Christi effundebat, ut adnotavit Beda (in comment. illius loc.): *Huiusmodi autem lac non potuit nisi optimum esse, quia non scaturiebat et limo terrenae sapientiae, vel saecularis literaturae, sed coelestis ex alto defuebat instar matutini rosis, et serotini imbris. Unde******

melius, quam Moyses (Deuter. 22), canere potuisset illud: *Concescat in pluviam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum: quasi imber super terram, et quasi stillae super gramina. Convertunt tandem haec sacra b. Virginis ubera vacillationem animi, illum perturbantem, infirmissima spe animam stabilientia (Ecl. 24): *Ego mater spei. Spes animam firmat, iuxta illud (ad Hebr. 6): *Confugimus ad tenendam propositam nobis spem, quam sicut anchoram animae habemus tutam, ac firmam. Ego sane ita fixe collocatam in pietate beatae Virginis spem meam habeo, ut merito cum David canere possim (Psal. 21): *Spes mea ab uberibus matris meae. Etenim in aliis matribus sanguis ex excessivo calore accenditur, et sic ad iracundiam corda earum concitantur; at in piissima Virgine, ac amantissima matre excessivo calore sanguis accensus, locum non habet; sed ubera eius pietatis lacte turgentia nobis exhibet: nihil enim severum, aut austeram in ea cernitur, tota lactea, tota mellea: ut propterea merito ei dixerit Sponsus (Cant. 4): *Mel et lac sub lingua eius. Unde d. Bernardus (super Missus) inquit: *Revolve totam Scripturam seriem, et si quid in Maria austerum invenieris, de ceteris eam suspectam habebas, et ad ipsam accedere veraris: ipse autem d. Bernad. (serm. 3. in Cant. Salve Regina), ita in b. Virgine spem suam firmarat, ut non dubitaret ei dicere: *Omnibus firmanentis firmus firmamentum, tu Domina, quae Dominum coeli conceptisti, portasti, et non defecisti.*******

Ad extremum ex his omnibus efficitur, ut dum beatissima Virgo nos tanquam filios spiritualiter regenerat, et nutrit, Christi enim Domini spiritualis mater, et nutrix efficitur, nam (Matth. 10) Dominus dixit: *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est: quae verba explicans d. Greg. (hom. 4. in Eoang): *Scendum, inquit, nobis est, quia qui Christi soror, et frater est, credendo efficitur mater praedicando: quasi enim parit Dominum, qui eum cordi audientis infundit, et mater eius praedicando efficitur, si per eius vocem amor Domini in Proximi mente generatur; haec divus Gregorius. Cum ergo Deipara sanctissima multis modis, ut in aliorum cordibus Christus gigneretur, efficerit; consequens est, ut spiritualis eiusdem mater sit effecta. Imo et divus Iustinus martyr (quaes. 136), exponens illa verba (Matth. 12): *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est, duplicem in beatissima Virgine respectu Christi maternalem agnoscent: Non matrem, inquit, debito honore fraudat Dominus, sed docet, quia ut dicam, ex maternitate virgo fit beatissima. Si enim is, qui verbum Dei audit, et servat, Dei est frater, et soror, et mater, quorum utrumque in eius matre inerat, perspicuum est, matrem ipsius eae hac matris ratione beatam dici oportuisse; et d. Augustinus (lib. de saec. virg. cap. 8) inquit: *Faciens voluntatem Dei, corporaliter tantummodo mater est, spiritualiter autem et soror, et mater: et Gueric. Abbas (serm. 14. de assumpt. b. Virg.) dixit: *Ipsa Virgo voluntatem Patris in tantum facie-*****

bat, ut de ipsa praediceret Deus per Isaian capite sexagesimo secundo: *Vocaberis voluntas mea. Igitur ubi cum filius negligere videtur, ibi amplius illam honorare incenitur, dum ei mater nominis honor dupliciter pro eo, quod eundem filium, quem ateo gestaverat incarnatum, et nunc animo gestabat inspiratum; cui propterea sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

HOMILIA XVIII.

Vindicatur Deipara ab iniuria, quam Haeretici ei irrogant, adversus eam perperam intorquentes verba illa Christi Domini: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud: quorum germanus, et catholicus apponitur sensus illa receptatissimam Patrum illius loci expositionem.

Haeretici, sacrarum Scripturarum manifestissimi depravatores, insauissimè opinantur, verba illa, quae respondit Christus matri: *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud, reprehensoria fuisse, quod statè dixisset: *Beatus venter, qui te portasti. Lutherus tamen, praesertim in Evangelium de die conceptionis Mariae, introducit Christum Dominum his verbis taxantem inscium huius mulieris: *Gravem me carnales laudes, nec mater mea hinc beata est, tua laus nullius momenti est: non enim adhuc ea, quae Dei sunt, assequeris, cor tuum ab his frivolis, inanibus et vanis cogitationibus averte. Verum, tam Lutherus, quam omnes eius assecrae certatim eximiam Matris Dei dignitatem deprimere satagentes, et venerationem uteri virginis hostiliter oppugnant, hoc tantum me indice, assequuntur, ut quo acrius in Deiparam Virginem debacchantur, eo plures, et praestantiores Marianae dignitatis praecones, et vindices emergant. Utinam in eorum numerum referar, qui non absque speciali divini munus providentia hoc subeam munus, quod Gabriel benedictum in mulieribus, et Elisabetha beatam praedicans, ac praesens Evangelica mulier, uterum eius beatificans, ad b. Virginem celebrandam praecelere sancteque admodum inchoarunt: nec enim aliter fieri potest, quin perpetuum robur ac vigorem, incessantemque cursum habeat, quod divino est oraculo praenuntiatum, atque sancitum, ut Mariam, cui ut ipsa cecinit, magna fecit, qui potens est, beatam dicant omnes generationes. Unde, quam perperam adversus celestissimam Deiparentem dignitatem verba illa hi Haeretici intorquent, meridiana luce clarius commonstrare, nostrum erit absque labore munus.***

Et quidem in primis Haereticorum socordia, et in sacris Scripturis perscrutandis occitantia, dum affirmant, per phrasim illam loquendi. *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, negari, quod nuper dictum fuerat, et affirmari, quod*

postmodum dictum est: ex quo inferunt Christum negare matrem suam beatam fuisse, quia illum genuit; asserere vero eos esse beatos, qui verbum Dei audientes, illud custodiunt, omnino abiicienda, ac detestanda est: nam si vim vocabuli respiciamus, Erasmus, qui magis Latinus est, quam theologus (in c. 11. Luc.) expresse ait, particulam illam, *Quinimo*, non esse negantis; in eo autem quod subdit, neque esse affirmantis, mentitur in caput suum: nam praeterquam Patres omnes in commentario illius loci, quos neminem adeo mentis inopem esse putarim, qui non iudicat Erasmo praeferebimus, in sacris Scripturis elucidandis, unanimi consensu docent, vocem illam, *Quinimo*, idem valere, quam imo potius; qui autem dicit potius utrumque, et quod dictum, et quod esse dicendum, affirmat: ut exempli gratia, si quoniam dicente, bonum est argentum, respondens, imo potius aurum, non negas, sed affirmas, argentum esse bonum, ceterum aurum melius esse dicitur. Sacra etiam eloquia eadem voce, *quinimo*, nonnunquam utuntur, ut plane sit asseverantis: etenim et (1. Reg. 20) legimus, David Ionathae loquens, dixit: *Quinimo vixit Dominus, et vivet anima tua, quia uno tantum, ut ita dicam gradu ego, morsuque dividimur*, quod, ut observant Hebraice linguae periti, idem fuit, ac si diceret: *Profecto vixit Dominus. Unde et Graeci interpretes (sup. c. 11. Luc.)*, ubi vulgus interpres legit: *Quinimo beati*, ipsi vertunt: *Quia profecto beati*. Vox igitur, *Quinimo*, non semper est adversativa, sed addit etiam id, quod potius est. Unde cum Christus Dominus dixit, quin potius beatus, perinde fuit, ac si dixisset, quin potius beatorum; id enim consonat phrasi Hebraeae, quae frequenter positivo utitur pro comparativo, ut cum Dominus dixit Thomae: *Quia vidisti me Thomas, credidisti: beati*, id est, beatores, qui non viderunt, et crediderunt. Unde noster d. Bonaventura (in comm. luti. loc.) expresse docet, Christum Dominum approbasse laudem illius mulieris: verba eius sunt haec: *Quantum ad approbationem laudis expresse subdit, quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, hoc non dicit adversando, sed potius superaddendo, non solum beatus venter, qui portavit me, Verbum caro factum, verum est beatorum, qui suscipit verbum a me prolatum. Unde et Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne, verum etiam beatorum, quia ipsum perfectissime gestavit in mente; haec d. Bonaventura. Nunc accipe, quae singulari eruditione (in commentario huius lecti) scripsit venerabilis Boda in haec verba: *Pulchre Salvator attestationi mulieris annuit, non eam solummodo, quae Verbum Dei corporaliter generare meruerat, sed et omnes, qui idem verbum spiritualiter audiu, fidei concipere, et boni operis custodia vel in suo, vel in proximo corde parare, et quasi alere studuerint, asseverans esse beatorum; quia et eadem Dei Genitrix, et inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis; sed inde multo beatorum, quia eiusdem semper anandi custos manebat aeterna: quae sententia sapientes Iudaeorum clam percussit, qui verbum Dei non audire, et custodire, sed negare et blasphemare quaerebant. Po-**

stera vero nonnullis interpositis citatis verbis illis, *Beatus venter qui te portavit*, subdit: *At ille testimonium veritatis prolatum libenter accipiens, continuo respondit: Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud: ac si aperte dicat: Quamvis singulare privilegium habeat, quae Filium Dei Incarnatum Virgo in utero gestare, parere, ac nutrire digna extitit, alique praecipuum, hoc est, proclarum, et honestum, id iudicetur, tamen in eadem vita perpetuae beatitudinis locum et ipsi sunt habituri, qui eius fidem, ac dilectionem casto in corde concipiunt, qui sedulam in mente praecceptorum eius memoriam portant, qui hanc et in mente proximorum solerti colatione nutrire satagunt. Euthymius nobilis Interpres (sup. eund. loc.) haec scribit: *Non ergo hic sermo obnegantis consanguinitatem illarum iuxta carnem; neque enim dicit, non sunt, sed praeponeunt eam, quae secundam virtutem est, ac dicentis, nullam illius esse utilitatem, nisi et haec adsit. Quod si nec Dei matri genuisse illum profuisset nisi virtutem secuta fuisset; cui alteri proderit viri sancti esse cognatum, si virtutem non habeat. Contigit enim et cognatos non haberi pro cognatis, non cognatos pro cognatis haberi: illud quidem propter vitam dissimilem, hoc autem propter conversationis bonae similitudinem. His Patrum testimonii insistentes Cornelius Iansenius (in sua conc. Evang. cap. 50) ait: *Est utrumque, quinimo pro quo Graece verti potest certe, conuenit, quia non negatur, quod dictum est, sed cum affirmatione dicti inferitur, quod est certum. Itaque non negat hoc responso Dominus, matrem ob conceptum sui, et nutritionem esse beatam; haec ille.***

Ceterum, ut clarius innotescat haereticorum delirium, dum per illa verba, *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei*, insanissime putant, Christum Dominum abnegasse matrem suam esse beatam, etiamsi Dominus discretis verbis dixisset: non est beatus venter, qui me portavit, sed beati, qui audiunt Verbum Dei, et custodiunt illud; non posset inde inferri Christum negasse, quod mulier illa dixerat: nam quemadmodum ex eo, quod dixit (Mare 9): *Misericordiam volo, et non sacrificium*, colligi minime potest, Deum sacrificium nolle, sed minus, quam misericordiam id velle; et similiter ex eo, quod dixit apud Matthaeum (cap. 10): *Non estis vos, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis*, non sequitur, non fuisse apostolos, qui loquerentur, sed Spiritum sanctum potius fuisse; qui in ipsis loquebatur; ita etiamsi Christus dixisset: non venter, qui me portavit, sed qui audiit verbum Dei, et custodit illud, certe non negasset beatum ventrem, qui se portaverat, sed minus beatum, quam qui verbum audiret, et continuo dicit illud: significasset etenim in his, et aliis similibus locutionibus id, quod absolute negare videtur, non absolute, sed alterius comparatione negari.

Ad haec, dum haeretici falso opinantur, Christum Dominum negasse illis verbis: *Beati, qui audiunt verbum Dei*, Virginem Mariam esse beatam, quia utero suo portavit illum, ipsi Christo iniuriam inferunt, iudicantes hunc

errorem in mentem eius cadere potuisse: nam mulier illa, cum dixit: *Beatus venter, qui te portavit*, plane id intellexit de ventre, qui dige illum portasset; alius enim aliquid cogitavit de beata Virgine, quam quod corporale in illa erat, ut hoc loco fatetur Boda, et Iansenius. Digne autem utero concipere Filium Dei, ipsamet gratiam significantem, aperte includit: etenim ipsa prius corde, quam corpore, prius mente, quam ventre, prius fide, quam reipsa Christum concepit. Causa autem reddens illam dignam ad Christi conceptionem fides fuit, et assensus charitate informatum, quem praesiliit, ut Verbum caro fieret in ea. Certe in ceteris matribus non requiritur fides, ut concipiant: sunt enim ipsa natura, et congressu viri foecundae, non merito, et fide: nec mirum, cum parituae sint misceres peccatores, reos ac filios irae; at beatissima Virgo peperit iustum, et sanctum, imo et ipsum Dei Filium: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Quam dignam igitur reddi oportuit, quae tanti filii mater esset? non hic naturae, sed Spiritus sancti virtus requirebatur (Sapient. 1): *Qui non habitat in corpore subdito peccatis, nec in malevolam animam ingreditur*. Itaque dignitatem maternae animae praecedere oportuit, ut et conceptio Verbi consequeretur. Cum ergo mulier illa intellexerit, beatam esse Virginem ex eo, quod digne utero suo concepisset, et portasset Christum Dominum, nullos nisi insanissimos, et a fide catholica longe aberrans, dicit Christo Domino displicuisse laudem, quam illa mulier protulit. Verum, ut haereticorum petulantiam magis contempseram, demus illis, mulierem illam nihil sublimius de beata Virgine cogitasse, sed id praecise, quod Christum utero concepisset, et ubere suo illum lactasset, adhuc ex hoc solo capite veracissime locuta fuisset mulier illa, beatum appellans Mariae Virginis ventrem: nam si Christus Dominus dixit (Luc. 10): *Beati oculi, qui vident, quae vos videtis*; quanto potiore iure verum dixit, beatum esse ventrem, qui illum portavit, cum et excellentius multo sit, generare Christum, quam illum oculis corporeis videre, incomparabiliterque maius beneficium beatae Virginis fuerit collatum, cum efflata fuit Mater Dei, quam quod collatum est his, qui corporaliter illum videbant? Quod si David dixit (Psal. 89): *Adorare scabellum pedum eius*. Cur non adorandus venter, qui illum portavit? cum revera, ut Richel. adnotavit (in c. 10. Luc.), beata Maria inaeestimabiliter dignificata, et deificata manserit ex filii unione, communione, contuitu, et obsequio. Quod si etiam Isaia glorificavit Christi sepulcrum illis verbis (c. 11): *Et erit sepulcrum eius gloriosum*, nemoque id inficietur, aut reprehendatur: ergo nec inficiandum, aut reprehendendum est, quod mulier illa beatificaverit virginem ventrem: nam si sepulcrum inanimatum Christum corpus continens gloriosum est, multo gloriosior censeri debet animatus venter Deiparae Virginis animatum corpus Christi concipiens, et gestans; maxime cum Christus non nisi tribus diebus in sepulcro iacuerit, in utero autem virginum per

novem menses requieverit: et si regina Saba prudenter iudicavit, beatos esse, qui ita propinqui erant Salomoni, ut frequenter possent audire sapientiam eius; dubium non est, quin beatiorem iudicasset beatam Virginem, quae ita propinqua erat Christo, de quo dictum est: *Eccc plusquam Salomon hic*, ut utero suo illum conciperet, et gestaret, et natum, ubera eius sugentem, gremio suo contineret.

Accedit, quod qua ratione infelix, et infortunatus appellari potest venter muliebris, quatenus concipit filium, peccati originalis naevo detarpatum, ac inimicum Dei, et secundum praesentem iustitiam ad inferni barathrum destinatum: unde ad id respiciens Iob (cap. 7) dixit: *Perent dies, in qua natus sum, et nox, in qua dictum est, conceptus est homo*: ita a contrario sensu virginis Mariae venter beatissimus est, ac felicissimus esse praedicandus, qui non peccatorum, sed iustum, et sanctum, imo et ipsius Dei Filium: *Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*. Quam dignam igitur reddi oportuit, quae tanti filii mater esset? non hic naturae, sed Spiritus sancti virtus requirebatur (Sapient. 1): *Qui non habitat in corpore subdito peccatis, nec in malevolam animam ingreditur*. Itaque dignitatem maternae animae praecedere oportuit, ut et conceptio Verbi consequeretur. Cum ergo mulier illa intellexerit, beatam esse Virginem ex eo, quod digne utero suo concepisset, et portasset Christum Dominum, nullos nisi insanissimos, et a fide catholica longe aberrans, dicit Christo Domino displicuisse laudem, quam illa mulier protulit. Verum, ut haereticorum petulantiam magis contempseram, demus illis, mulierem illam nihil sublimius de beata Virgine cogitasse, sed id praecise, quod Christum utero concepisset, et ubere suo illum lactasset, adhuc ex hoc solo capite veracissime locuta fuisset mulier illa, beatum appellans Mariae Virginis ventrem: nam si Christus Dominus dixit (Luc. 10): *Beati oculi, qui vident, quae vos videtis*; quanto potiore iure verum dixit, beatum esse ventrem, qui illum portavit, cum et excellentius multo sit, generare Christum, quam illum oculis corporeis videre, incomparabiliterque maius beneficium beatae Virginis fuerit collatum, cum efflata fuit Mater Dei, quam quod collatum est his, qui corporaliter illum videbant? Quod si David dixit (Psal. 89): *Adorare scabellum pedum eius*. Cur non adorandus venter, qui illum portavit? cum revera, ut Richel. adnotavit (in c. 10. Luc.), beata Maria inaeestimabiliter dignificata, et deificata manserit ex filii unione, communione, contuitu, et obsequio. Quod si etiam Isaia glorificavit Christi sepulcrum illis verbis (c. 11): *Et erit sepulcrum eius gloriosum*, nemoque id inficietur, aut reprehendatur: ergo nec inficiandum, aut reprehendendum est, quod mulier illa beatificaverit virginem ventrem: nam si sepulcrum inanimatum Christum corpus continens gloriosum est, multo gloriosior censeri debet animatus venter Deiparae Virginis animatum corpus Christi concipiens, et gestans; maxime cum Christus non nisi tribus diebus in sepulcro iacuerit, in utero autem virginum per

Rursus. Certe si verba illa, *Beatus venter qui te portavit*, dissonam beatae Virginis laudem, minimeque id congruentem contulerint, utique Ecclesia catholica non passim usurpasset similem loquendi phrasin; saepe autem canit: *Beata est Virgo Maria, quae omnium portasti Creatorem, et beata viscera Mariae Virginis, quae portaverunt aeterni Patris Filium*; atque alia his similia, quae in festo immaculatae Conceptionis, et Nativitatis Deiparae habentur. Denique, quia ipsamet Virgo divino Spiritu afflata prophetaverat, ab omnibus generationibus beatam se fore praedicandam propter magna, quae Dei omnipotentia in ea aefectura erat: *Eccc enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes, quia fecit mihi magna, qui potens est*. Quis autem, nisi omnino desipial, magnum quiddam esse beatam Mariam, Christum Deum, et hominem concipere, et utero suo illum gestare negabit? Unde sacri Evangelistae ad maiorem beatae Virginis honorem saepius illam nominant *Matrem*. Propter hoc igitur magnum, quod ei fecit Dominus, merito appellari potest, et debet beata. Non ergo perdidit haeretici intelligunt, quale, quantumque hoc beatae Mariae sit donum, etiam

secundum carnem Dei matrem existere: intellexit tamen divus Anselmus, qui (*lib. de excell. Virg. c. 2*) sapienter dixit: *Hoc solum de sancta Virgine praedicari, quod Dei Mater est, caecedit omnem altitudinem, quae post Deum dicitur, vel cogitari potest. Quare cum d. Augustinus (tract. 10. in Ioan.) in persona Christi dicit: Mater mea, quam appellastis felicem, inde felicitate, quia verbum Dei custodivit, non quia in illa Verbum caro factum est, et habitavit in nobis: non negat, felicem fuisse ex maternitate, sed praefert felicitatem, quam habuit ex custodia verbi divini: itaque clare constat ex alio loco eiusdem d. Augustini (*lib. de sanct. Virg. cap. 3*) dum ait: *Beatorum fuit Maria percipendo fidem Christi, quam concipiendo carnem Christi: ecce comparat illa duo, et supponens Virginem beatam esse ex primo, affirmat, beatorem ex secundo.**

Atque ex his omnibus infero, tantum abesse, ut Christus Dominus laudem illam matri suae delatam, *Beatus venter qui te portavit*, abiecitse aut refutasse voluerit, ut potius illum admittens, eandem perfecterit, et confirmaverit, subungens aliam potiore rationem, per quam Virgo beata eral praedicanda; nempe quia audivit verbum Dei, et custodierat illud: ipsi enim praecipue dixit David paler eius (*Psal. 44*): *Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam. Inclina certe, cum angelo ad se destinato assensum praebuit, dicens (Luc. 1): Fiat mihi secundum verbum tuum. Deinceps etiam tam sollicito Verbum Dei custodiebat, ut d. Luc. (*cap. 1*) de illa dicat. *Conservabat omnia verba haec, confrens in corde suo. Conservavit in ventre memoriae (Ps. 16): De absconditis tuis adimpletus est venter meus. Conservavit in ventre cordis (Cant. 5): Ad tactum eius intumuit venter meus. Conservavit in ventre mentis suae (Ezech. 3): Fili hominis, venter tuus comedit, et viscera tua implebuntur lumine isto. Conservavit in ventre appetitus sensitivi (Psal. 43): *Conglutinat est in terra venter noster, excepto tamen b. Mariae, quae caruit peccati fomite. Conservavit in ventre gratiae, ut d. Gregorius utar phrasi, qui exponens illud lob (c. 38): De eius utero egressa est glacies, inquit: Quid enim in utero, nisi gratiae sinus accipitur? Cum ergo beata Virgo non solum Verbum incarnatum utero corporis custodierit, sed verbum praedicatum utero cordis sui diligenter conservaverit, felix, et beata est ex primo; felicior tamen, et beator est ex secundo. Unde Beda (*in comm. hui. loc.*) ait: *Eadem Dei genitrix, et inde quidem beata, quia Verbi incarnandi ministra facta est temporalis, sed inde multo beator, quia eiusdem semper amandi custos manebat aeterna: quibus consonant verba d. August. (*lib. de san. Virg. c. 3*) dum ait: *Materna propinquitas nihil Mariae profuisset, nisi prius Christum corde, quam carne gestasset. Quare illis verbi generalibus: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud; uberius multo affirmavit Christus, matrem suam esse beatam, quam mulier illa verbis illis peculiaribus: Beatus venter, etc. nam Christi Domini verbis laudata est eius anima, verbis autem illius mulieris commendatum est eius cor-*****

pus: illa quidem sermone suo extulit corpora concipiendi, et lactandi munera; Christus autem spiritualia liberi arbitrii, coelesti gratia perfusi, officia, in credendo, et amando Deum commendavit; quae verbi divini custodia complectitur.

Deinde cum Christus Dominus respondit illi mulieri: *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud*, videtur mihi quoddam consolationis genus exhibere ei voluisse in praemium; quod aliis omnibus, qui aderant, cum blasphemantibus, ipsa sola in laudes eius prorupisset. Consolatio autem haec fuit: Si tanti facis ventrem, qui me portavit, ut beatum illum voces, ne desperes, appellationem beatae te consequi posse: nam si verbum Dei audiveris, et illud custodieris, beata quoque lu eris. Vel dicamus aliter: Tu matrem, et gestatricem Verbi praedicas beatam, in illa Deum laudas, et me simul honoras: quod aulem de matre affirmas, equidem non negaverim, quin eam etiam beatam esse confirmo; nolim autem, ut quisquam putet, illam solum beatitudinis participem esse, sed generatim hoc dixerim, iustos et beatos etiam omnes posse censer, quicumque idem illud verbum, quod a me praedicatur, corde sicut illa, susceperint, atque opere fideliter adimpleverint. Itaque Christus Dominus non negavit, Virginem fuisse beatam, ex eo, quod ventre suo illum concepisset, sed ex hoc occasione accepit, Verbum Dei, quod praedicabat, commendandi, quod beatores homines, quam ventrem, et ubera posset facere, nam et ipsa mater sua beator erat, quod mente, quam quod ventre Christum concepisset. Hoc autem genus beatitudinis omnes poterant ex divino auxilio obtinere: beatitudo enim, et felicitas gestandi in ventre Christum Dominum uni soli Mariae data erat, nec alteri unquam communicanda; beatitudo autem audiendi, et custodiendi verbum Dei, omnibus poterat esse communis. Falluntur igitur omnes haeretici, dum ex voce Christi Domini, *Quinimo*, perperam intellecta, tot, ac tantas turbas excitant, ut Dei Genitricis honorem obscurent; cui sit cum Filio eius honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA XIV.

Christus Dominus verbis illis: Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud, humanas laudes longe abiiciendos esse nos docet.

Non desunt graves huius loci interpretes, qui putarint, Christum Dominum propterea dicitur illi verbis secundum speciem respondisse mulieri se et matrem suam laudandi, ut tanquam perfectionis Evangelicae archimagister, humanas laudes contemnendas significaret, nec de accipienda populari aera christiana homini quidquam curandum esse doceret. Quod genus argumenti tanto libentius pertractandum suscipio, quanto et ad vanae gloriae pestem expiendam utilius, et omnibus statibus loci vilius genus familiarius esse iudico. Etenim

illud singulare in vanae laudis, et humanae gloriae appetentia non semel observavi, quod, licet non omnia vitia omnium corda subintrent quaedam enim sunt familiaria divitiibus, alia sapientibus, alia principibus, alia subditis; humanae tamen gloriae appetitus, instar passionum entis, ut philosophi loquuntur, quae omnia transcendunt, omnium pulsat animos, et instar universalis pestis, undique grassatur, et per omnes serpit, ut cancer: ad quod alludens Socrates, ut auctor est Stobaeus (*serm. 31*), vanae laudis appetitus morbum in hunc modum pulchre descripsit: *Si quis in theatro suberet coarctarios solos surgere, illi soli surgerent; similiter, si fabros ferrarios, textores, aut alios generatim: si vero prudentes, aut iustos iubeat surgere, hic omnes illico consurgunt, quia omnes tales videri volunt. Appetitum hunc vanae gloriae in divitiibus frequenter dominari quis ignorat? Paulo dicente (Timoth. 6): *Divitiibus huius mundi praecipue non superbe sapere. Sapientes et literis conspicuos hoc eodem appetitu saepe intumescere, idem d. Paulus testatur dicens (1. Cor. 8): Scientia inflat. Iustos etiam, et Sanctos hac eadem passione crebro agitari testatur d. Thomas (2. 2. quaest. 123. art. 3), dum ait: *Cum alia vitia locum habeant in servis diaboli, inanis gloria locum habet in servis Christi; haec ille. Hi enim non semel propriis suis operibus humanam laudem accupantur, quos in hunc mo dum (c. 58) Isaias increpat: Numquid tale, inquit Dominus, est ieiunium, quod elegit per diem affligere animam suam? nunquid contorquere, quasi circulum caput suum? ubi Originalium Hebraeorum legit: Numquid contorquere, quasi hamum collum suum? Quibus verbis non obscure significat, quod sicut piscatores hamo utuntur ad capiendos pisces, sic multi, qui spirituales haberi volunt, dum ieiunant, orant, vel aliis bonis operibus vacant, quasi hamum ad collum contorquunt ad vanas hominum laudes captandas: hi sane oleum et operam perdunt, et mercedem aeternam, quam aeternum gloriae pondus vocavit Apostolus, pro inanis gloriae mercede, quae instar fumi, nullius prorsus ponderis est, insipienter, ac infelicer commutant. Atque hoc facit, quod cum olim recreandi animi gratia Imper. Nero piscaretur, hamus vero, quo pisces capere tentabat, cum non ferreus, sed aureus esset; videns hoc Romanus quidam ei irrisit: *Ut quid, inquit, quaevo perditio haec? piscis saepe oboli pretium non excedit, et frequenter secum in profundum hamum trahit, qui centuplum maioris valoris erat. Opera in charitate facta aurea videntur sunt, utpote charitatis auro decorata; haec tamen si omnino propter vanam gloriam fiunt, pereunt, solumque ventum vanae gloriae in praemium obtinent: ut quid ergo perditio haec? Finge modo, agricolam toto anni decursu terram colentem, arantem, seminantem, rigantem, expurgantem, metentem, triturantem, ac tandem magno labore triticum in horrea indudentem; si postea cum tritico uti oportet, a gurgulione devastatum illud reperiret, infelicem se proculdubio exclamaret, et frustra tot expensas fecisse doleret. Non dissimiliter, qui per anni circulum seminavit elemosynas,****

orationes, ac pia alia opera, ac propterea putasset, per multa bona opera in aeterna patriae horrea se indixisse, ad Dei tamen iudicium vocatus, videat omnia illa vanitatis gurgulione omnino perperda, merito se infelicem exclamabit, et dicit: *Ut quid perditio illa? frustra quae dolebit, se tot expensas inaniter fecisse. Sanctus Fulgentius (*lib. Myserol.*) sic hieroglyphice vanam gloriam descripsit. Iuvenem quendam depinxit facie pulchrum, et reti indutum: iuvenem, quia vanae gloria a primis parentibus usque ad nos perdurans, nunquam emarcuit, imo quotidie efflorescit, et juvenescit: pulchrum facie, quia vanae gloriae vitio stimulatus, pulchra sua secundum faciem ab omnibus videri cupit: reti tandem indutum, quia vani hominis illa praecipue cura et sollicitudo est, ut ubique rete expandat ad humanas laudes capiendas: et quidem cum illa sint instrumenta ad venandum, apposite sanctus Fulgentius in ea sua vanae gloriae descriptione reti usus est, quia hoc venandi instrumentum commune est ad capiendos ex aqua pisces, ex terra quadrupedia, ex aere volucres, quae aperte significavit, vanae gloriae stimulis agitatum ad omnia ubicunque potest quidpiam vanae laudis accupari, rete suum caute, et simulate extendere, ut periti solent ad capiendam animalia praestare valentes.*

Praeterea illud etiam valde singulare est in hoc vitii genere, quod cum omnia alia vitia nonnisi a vitiosis, et a materia vitiosa generentur, foveantur, perficiantur; olium invitat ad gulam, gula ad luxuriam, luxuria ad prodigalitem, prodigalitas ad rapinas, et furta, furtum ad iniuriam, iniuria ad malevolentiam: quae omnia, vel generant vicissim, vel generantur, vel fovent mutuo, vel foventur: sed eadem omnia virtutibus extinguuntur, et corriguntur: sola superbia ex ipsius virtutibus nascitur, nonnisi bonis insidiatur, ex pietate ortum, et incrementum capit: quemadmodum enim ignis sulphureus aqua injecta roboratur, ipsa aqua materiam ei, et alimentum praebet, quae tamen ceteros ignes solet extinguere: sic superbia, crescente virtute, et virtute praecclare gestis apparentibus, magis inflammatur, illis, quasi materia utilis, quae cetera vitia solent perimere. Iam vero cetera vitia singularia singulas perdunt virtutes, avaritia liberalitatem, libido castitatem, gula temperantiam, iracundia benevolentiam; at una superbia omnes perdit, omnia bona tollit, omnia praecclare gesta evacuat, mercede spoliata, Deo reddit exosa, ut in ieiuniis, ac decimarum solutione illius Pharisaei appareret. Edidisset Eleazarum praeclearum facinus, occiso elephante, nisi illato imperite vulnere ab eodem etiam fuisset miser interfectus: quoties aut peccato resistimus, aut virtutem operamur, quasi elephantem occidimus, vel in mundum, vel diabolus, vel carnis; sed nisi a blandiente propriae laudis memoria caveamus, ab eodem bono opere imperite occidemur. Deinde cetera peccata saltem cum aetate languescunt, et vincti se tandem patiuntur: libidinem aetas extinguit, odium, et malevolentiam redintegrata amicitia absumit, avaritiam inducta liberalitas profici-